



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

Caput IV. Ubi nimius est Missarum faciendarum numerus, statuant Episcopi, Abbates, & Generales Ordinum, quod expedire judicaverint.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. legitimas monitiones non resipuerit,  
A C 1563. „non solum ad Sacra menta, & com-  
 munionem fidelium, ac familiaritatem  
 „non recipiatur, sed si obdurate animo  
 „censuris annexus in illis per annum  
 „insorduerit, etiam contra eum, tan-  
 „quam de haeresi suspectum, procedi  
 „possit.

## §. LXXVI.

*De reductione Missarum.*

## C A P U T IV.

*Ubi nimius est Missarum faciendarum nu-  
 merus, statuant Episcopi, Abbates, &  
 Generales ordinum, quod expe-  
 dire judicaverint.*

Contingit saepe in quibusdam Eccle-  
 „siis, vel tam magnum Missarum  
 „celebrandarum numerum ex variis  
 „defunctorum relictis impositum esse,  
 „ut illis pro singulis diebus a testatori-  
 „bus praescriptis nequeat satisfieri, vel  
 „eleemosynam hujusmodi pro illis ce-  
 „lebrandis adeo tenuem esse, ut non  
 „facile inveniatur, qui velit huic se  
 „muneri subjicere, unde depereunt piæ  
 „testantium voluntates, & eorum con-  
 „scientias, ad quos prædicta spectant,  
 „onerandi occasio datur. Sancta Sy-  
 „nodus, cupiens haec ad pios usus re-  
 „licta, quo plenius, & utilius potest,  
 „impleri, facultatem dat Episcopis, ut  
 „in

„in Synodo Diœcesana, itemque Abba-  
 „tibus, & Generalibus Ordinum, ut in Sæcul. XVI.  
 „A.C. 1563.  
 „suis Capitulis generalibus, re diligen-  
 „ter perspecta, possint pro sua conscienc-  
 „tia in prædictis Ecclesiis, quas hac  
 „provisione indigere cognoverint, sta-  
 „tuere circa hæc, quidquid magis ad  
 „Dei honorem, & cultum, atque ecclæ-  
 „siarum utilitatem viderint expedire,  
 „ita tamen, ut eorum semper defun-  
 „ctorum commemoratio fiat, qui pro  
 „suarum animarum salute legata ea ad  
 „pios usus reliquerint.

## §. LXXVII.

*De Fundationibus.*

## CAPUT V.

*Rebus bene constitutis annexum onus ha-  
 bentibus nihil detrahatur.*

„Ratio postulat, ut illis, quæ bene  
 „constituta sunt, contrariis ordi-  
 „nationibus non detrahatur: quando  
 „igitur ex beneficiorum quorumcunque  
 „erectione, seu fundatione, aut aliis con-  
 „stitutionibus, qualitates aliquæ re-  
 „quiruntur, seu certa illis onera sunt  
 „injuncta, in beneficiorum collatione,  
 „seu quacunque alia dispositione eis  
 „non derogetur. Idem in præbendis  
 „theologalibus, magistralibus, doctora-  
 „libus, aut presbyteralibus, diaconali-

I 5 bus,